



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Das Brandenburgische Domcapitel bestätigt die vorstehende Schenkung des Bischofs Ruthger, am 29. April 1247.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

muniri. Acta sunt anno Domini M^o. CC^o. XLVII^o., indictione XV, epacta XII, III^o kal. Maji, pontificatus nostri anno sexto.

Aus dem Urkundenbuch des hist. Vereins für Niedersachsen II, 181 nach einem Chartularium Walkenriedense der Königl. Bibliothek zu Hannover fol. 136.

X. Das Brandenburgische Domcapitel bestätigt die vorstehende Schenkung des Bischofs Ruthger, am 29. April 1247.

Petrus, prepositus, totumque Brandenburgensis ecclesie capitulum omnibus hanc literam intuentibus in perpetuum. Si famulis Christi nostre benivolencie favorem inpendimus eorum paupertatem voluntariam pro nostra possibilitate sublevando, id de ipsorum crebris oracionibus nos credimus affecturos, ut pensantem hominum merita Deum, cujus adventum pertimescimus, in novissimo die securi judicem videamus. Hinc est, quod universitati vestre cupimus notum esse, quod nos dilectis in Christo fratribus et amicis de Walkenried ad necessitatis eorundem supplementum, ob remuneracionem divinam, conferimus decimam eis, imitantes pio affectu venerabilis episcopi nostri domini Ruthgeri vestigia, qui et eandem eis decimam, in Ukeram videlicet super centum mansis, pia liberalitate contulit atque collatam suis literis confirmavit. Sane communi de consensu hanc domini episcopi approbantes decime collationem, tenore presentium donamus eam prefatis fratribus communiter atque donatam legitime presenti pagina confirmamus cum omni juris integritate perpetuo possidendam. Hujus rei testes sunt Rodericus, abbas de Cinna, Sigerus abbas de Lenin, Symeon, prepositus, Henricus, plebanus de Oderberge, Giso, capellanus, Heidenricus, notarius, Johannes de Warnowe, Hermannus de Templo, Conradus de Walkenrieth, plebani, Wernherus, schuletus de Stettin, Marfilius, schuletus de Berlin, Fridericus, advocatus episcopi Brandenburgensis, et alii quam plures. Ut autem hec nulla queant calumpnia inmutari et ne alicujus improbitate possint in futurum perturbari, presentem paginam inde conscriptam sigillo ecclesie nostre fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quadagesimo septimo, indictione XV., epacta XII., III^o kal. Maji.

Urkundenbuch des hist. Vereins für Niedersachsen II, 182 aus einem Chartularium Walkenriedense der Königl. Bibliothek zu Hannover fol. 111.

XI. Markgraf Johann stiftet die Stadt Lychen, am 23. Januar 1248.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, dei gracia Marchio Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Temporis mobilitas et humane memorie instabilitas exigit et requirit, ut ad notitiam posterorum gesta precedentium scriptis authenticis commissa commaneant, ne per oblivionem, que inimica solet esse posteritatis, argumenta veritatis obtenebrentur et dubia questio generetur. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos fidelibus no-